corda pdocuit. Bern̄. Profecto q̄
magos adduxit ipse ⁊ instruxit
Qui p stellā foris admonuit ip̄e
in occulto corda edocuit Isti sunt
quatuor nuncij p quos Christus
nos ad se vocat. s. per predicatorū
instructionez. Isti sunt angeli dei
p sue gratie oblacōnem Ista est
stella dei per interiorem āmonitio
nem. ista est inspiratio dei per sue
passionis memorationē. Ista sig
nantur per puez dei qui in capite
crucē gerebat. Sed multi sunt ob
stinati qꝫ ad ipsū venire ɔtemnūt
Vnde ait Prouerb. p̄. Vocaui ⁊
rennuistis extendi manū. s. in cru
ce ⁊ nō fuit qui aspiceret. despexi
stis omne consiliū meum. s. inspi
rationem meām que vestra vitia
arguebat. Triplex est adoracio
.s. latrie ⁊ hec sola ɔpetit deo. Secū
da ẏpdulie ⁊ hec debetur soli vir
gini marie. Tertia dulie ⁊ hec ɔpe
tit omnibꝰ sanctis dei ⁊c̄. seu eoꝝ
cuilibet ¶ Quarto ponitur eoꝝ de
uota opatio. quia pcedētes obtu
lerūt auꝝ. thus ⁊ mirram Et hoc
triplici de causa ⁊ racōne. Prima
causa spectat ad pueruz. In auro
ostenditur regia potestas: qd sib
diti offerunt p tributo. Per thꝰ
ostenditur diuina maiestas: qd
pertinet ad sacrifitiū deuotorum
Per mirrā ostenditur humana
mortalitas que pertinet ad sepul
turaz mortuoꝝ. Secunda racō spe
ctat ad matrem. Offertur aurum
marie ꝓpter eiꝰ inopiam subleuā
dā Thus propter stabuli fetorē
Et mirram ad teneritudinem pu
eri cōfortandam. Tertia racō ad 3
nos spectat. Offeremꝰ enim aurū
vere dilectionis ipsum super oīa
diligendo. Offeremus thus inti
me deuotionis. Et mirram amare
penitentie ⁊ contritionis. O qꝫ fe
lices isti magi fuerunt quia stelle
luce Christum inuenerunt. ange
lo duce redierunt in patriam. pa
cifice vixerunt. in crucem Christi
crediderunt. ⁊ tandem ad veram
gloriam peruenerunt. Ad quam
nos perducere dignetur. Qui ⁊c̄.

Sequitur sermo secūdꝰ eiusdē

Magi ab oriente venerunt
Aduentus magorum de
scribitur quantū ad tria
Primo quantū ad locum cuz dici
tur. Ab oriente venerunt. Secūdo 2
quantum ad ducatum cum dicit
Vidimꝰ stellaz eius. Tertio quā 3
tum ad finem intentū cū dicitur.
Et venimꝰ adorare eū ⁊c̄. Primo
enī describitur quantū ad locum
cū dicitur Ab oriēte ⁊c̄. In oriente
quidem ortum habuit peccatū in
uidie. quia cayn cuz deberet offer
re munera spicas cariosas sibi ob
tulit. Ibi etiam ortum habuit cō
fusio lingue. Sed isti beati magi
in oriente geniti contra vitium in
uidie habuerunt mutuam carita
tem ⁊ dilectionem. quia ipsi con
corditer ⁊ amicabiliter venerunt

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-477/0100
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG